

amplissimum in regno tuo præmium obtinere valeamus. Per Dóminum.

Divini muneris largitate satiati, quæsumus, Dómine Deus noster: ut, intercedente beata Margarita Virgine et Mártire tua, in ejus semper participatióne vivamus. Per Dóminum.

DISMISSAL & BLESSING

LAST GOSPEL *St. John 1. 1-14*

PRAYERS AFTER LOW MASS

*reward exceeding great in Thy kingdom. Through our Lord.*

*Filled with the gifts of Thy divine bounty, we beseech Thee, O Lord, our God; that by the intercession of blessed Margaret, Thy Virgin and Martyr, we may partake thereof for evermore. Through our Lord.*

Red Missal, page 50

\* \* \*

CELEBRANT: The Reverend Peter Hrytsyk

\*

✠ *WELCOME* to Historic Our Lady of the Assumption Church for the celebration of the Holy Sacrifice of the Mass according to the Traditional Latin “Extraordinary” Form. Join us as we render glory to God according to Holy Mother Church’s historic liturgy. A Tridentine High Mass is celebrated here at Assumption every Sunday at 2:00 PM, and a Low Mass every Tuesday at 7:00 PM.

✠ *TODAY’S MASS INTENTION:* For all the Poor Souls in Purgatory, requested by a member of the Windsor Tridentine Mass Association

✠ *RED LATIN/ENGLISH MISSALS ARE AVAILABLE FOR SALE* after Mass at the missal table at the back of the church for \$5.00 each. These missals can help familiarize yourself, family, and friends with the Traditional Latin Mass.



## ASSUMPTION CHURCH

350 Huron Church Road  
Windsor, Ontario N9C 2J9  
(519) 734-1335 / (248) 250-2740  
[www.windsorlatinmass.org](http://www.windsorlatinmass.org)

July 20, 2010

7:00 P.M.

### ST. JEROME EMILIAN, CONFESSOR

*With Commemoration of St. Margaret, Virgin & Martyr*

\* \* \*

INTROIT *Lamentations 2.11*

Effúsum est in terra jecur meum super contritióne filiæ pópuli mei, cum deficeret párvulus et lactens in platéis óppidi. *Ps. 112. 1* Laudáte púeri, Dóminum: laudáte nomen Dómini. ✠ *Glória Patri.* Effúsum est in terra jecur meum.

*My liver is poured out upon the earth, for the destruction of the daughter of my people, when the child and the suckling fainted away in the streets of the city. Ps. 112. 1 Praise the Lord, ye children: praise ye the Name of the Lord. V. Glory be to the Father. My liver is poured out upon the earth.*

KYRIE ELEISON

COLLECTS

Deus, misericordiárum pater, per mérita et intercessiónem beati Hierónymi, quem órphanis adjutórem et patrem esse voluísti: concede; ut spiritum adoptiόνis, quo filii tui nominámur et sumus, fidéliter custodiámus. Per Dóminum.

*O God, the Father of mercies, grant, that by the merits and intercession of blessed Jerome, whom Thou wast pleased to make a helper and father of orphans, we may faithfully keep the spirit of adoption whereby we are, both in name and in deed, Thy sons. Through our Lord.*

Indulgéntiam nobis, quæsumus, Dómine, beata Margarita Virgo et Martyr implóret: quæ tibi grata semper éxstitit et mérito castitátis, et tuæ professióne virtútis. Per Dóminum.

*May blessed Margaret, Thy Virgin and Martyr, we beseech Thee, O Lord, obtain pardon for us: for both by her chastity and by her confession of Thy power, she was ever pleasing to Thee. Through our Lord.*

EPISTLE *Isaias 58. 7-11*

Hæc dicit Dóminus: Frange esuriénti panem tuum, et egénos vagósque induc in domum tuam: cum videris nudum, óperi eum, et carnem tuam ne despéxeris. Tunc erúmpet quasi mane lumen tuum, et sánitas tua cítius oriétur, et anteíbit fáciem tuam justítia tua, et glória Dómini cólliget te. Tunc invocábis, et Dóminus exáudiet: clamábis, et dicet: Ecce adsum; si abstúleris de médio tui caténam, et desieris exténdere dígitum, et loqui quod non prodest. Cum effúderis esuriénti ánimam tuam, et ánimam afflíctam repléveris, oriétur in ténebris lux tua, et ténebræ tuæ erunt sicut merídiés. Et réquiem tibi dabit Dóminus semper, et implébit splendóribus ánimam tuam, et ossa tua liberábit, et eris quasi hortus irriguus, et sicut fons aquárum, cujus non deficient aquæ.

GRADUAL *Proverbs 5. 16*

Derivéntur fontes tui foras, et in platéis aquas tuas dívide. ✠ *Psalm 111. 5, 6* Jucúndus homo, qui miserétur, et cómmodat: dispónet sermónes suos in iudicio, quia in ætérnum non commovébitur.

ALLELUIA

Allelúja, allelúja. ✠ *Psalm 111. 9* Dispérsit, dedit paupéribus: justítia ejus manet in sæculum sæculi. Allelúja.

GOSPEL *St. Matthew 19. 13-21*

In illo témpore: Obláti sunt Jesu párvuli, ut manus eis impóneret, et oráret. Discípuli autem increpábant eos. Jesus vero ait eis: Sínite párvulos, et nolite eos prohibére ad me veníre: tálíum est enim regnum cælórum. Et cum imposúisset eis manus, ábiit inde. Et ecce unus accédens, ait illi: Mágister bone, quid boni fáciem ut hábeam vitam ætérnam? Qui dixit ei: Quid me intérrogas de bono? Unus est bonus, Deus. Si autem vis ad vitam íngredi, serva mandáta. Dicit illi: Quæ? Jesus autem dixit: Non homicídium fácies: Non adulterábis: Non fácies furtum: Non falsum testimónium dices: Honóra patrem tuum et matrem tuam, et diliges próximum tuum sicut teipsum. Dicit illi adoléscens: Ómnia hæc custodívi a juventúte mea: quid adhuc mihi deest? Ait illi Jesus: si vis perfectus ess, vade, vende quæ habes, et da paupéribus, et habébis thesárum in cælo: et veni, séquere me.

*The Lord says: Deal thy bread to the hungry, and bring the needy and the harborless into thy house: when thou shalt see one naked, cover him, and despise not thine own flesh. Then shall thy light break forth as the morning, and thy health shall speedily arise, and thy justice shall go before thy face, and the glory of the Lord shall gather thee up. Then shalt thou call, and the Lord shall hear: thou shalt cry, and He shall say, Here I am. If thou wilt take away the chain out of the midst of thee, and cease to stretch out the finger, and to speak that which profiteth not. When thou shalt pour out thy soul to the hungry, and shalt satisfy the afflicted soul, then shall thy light rise up in darkness, and thy darkness shall be as the noonday. And the Lord will give thee rest continually, and will fill thy soul with brightness, and deliver thy bones: and thou shalt be like a watered garden, and like a fountain of water whose waters shall not fail.*

*Let thy fountains be conveyed abroad, and in the streets divide thy waters. ✠ Psalm 111. 5, 6* Acceptable is the man that showeth mercy and lendeth, he ordereth his words with judgment; because he shall not be moved for ever.

*Alleluia, alleluia. ✠ Psalm 111. 9* He hath distributed, he hath given to the poor; his justice remaineth for ever and ever. Alleluia.

*At that time: Little children presented to Jesus, that He should impose hands upon them, and pray. And the disciples rebuked them. But Jesus said to them: Suffer the little children, and forbid them not to come to Me; for the kingdom of heaven is of such. And when He had imposed hands upon them, He departed from thence. And behold one came to Him, and said to Him: Good Master, what good shall I do, that I may have life everlasting? Who said to him: Why asketh thou Me concerning good? One is good, God. But if thou wilt enter into life, keep the commandments. He said to Him: Which? And Jesus said: Thou shalt do no murder. Thou shalt not commit adultery, thou shalt not steal, thou shalt not bear false witness, honor thy father and thy mother, and thou shalt love thy neighbor as thyself. The young man saith to Him: All these things have I kept from my youth; what is yet wanting to me? Jesus saith to him: If thou wilt be perfect, go sell what thou hast, and give to the poor, and thou shalt have treasure in heaven; and come, follow Me.*

OFFERTORY *Tobias 12. 12*

Quando orábas cum lácrymis, et sepeliébas mórtuos, et derelinquébas prándium tuum, et mórtuos abscondébas per diem in domo tua, et nocte sepeliébas eos: ego óbtuli oratiónem tuam Dómino.

SECRETS

Clementíssime Deus, qui véteri hómíne consúmpo, novum secúndum te in beáto Hierónymo creáre dignátus es: da, per mérita ipsíus; ut nos, páriter renováti, hanc placatiónis hóstiam in odórem tibi suavíssimum offerámus. Per Dóminum.

Hóstias tibi, Dómine, beátæ Margaritæ Virginis et Mátyris tuæ dicátas méritis, benignus assúme: et ad perpétuum nobis tribue provenire subsidium. Per Dóminum.

COMMON PREFACE

Vere dignum et justum est, æquum et salutáre, nos tibi simper, et ubíque grátias ágere: Dómine sancte, Pater omnipotens, ætérne Deus: per Christum Dóminum nostrum. Per quem majestátem tuam laudant Ángeli, adórant Dominatiónes, tremunt Potestátes. Cæli, cælortúmque Virtútes, ac beáta Séraphim, sócia exultatióne concélebrant. Cum quibus et nostras voces, ut admítte júbeas, deprecámur, súpplici confessiône dicétes:

SANCTUS

CANON MISSAE

PATER NOSTER *Congregation sings only the concluding "Sed libera nos a malo."*

AGNUS DEI

*Please kneel at the Communion Rail to receive Holy Communion.*

*Holy Communion in the Extraordinary Form is received on the tongue, and is not usually distributed in the hand.*

*If you cannot come to the rail, please inform one of our volunteers, and Communion will be brought to you.*

COMMUNION ANTIPHON *St. James. 1. 27*

Relígio munda et immaculáta apud Deum et Patrem, hæc est: Visitáre pupillos et viduas in tribulatióne eórum, et immaculátum se custodíre ab hoc sæculo.

POSTCOMMUNION COLLECTS

Angelórum pane refécti te, Dómine, suppliciter deprecámur: ut, qui ánnuam beáti Hierónymi Confessóris tui memóriam celebráre gaudémus; ejúsdem étiam et exémpulum imitémur, et

*When thou didst pray with tears, and didst bury the dead, and didst leave thy dinner, and hide the dead by day in thy house, and bury them by night, I offered thy prayer to the Lord.*

*O most merciful God, Who didst vouchsafe to destroy the old man in blessed Jerome, and renew him after Thine own image: grant that through his merits we too, in like manner, may be renewed in spirit, and may offer up this sacrifice of atonement as a sweet smelling savor before Thee. Through our Lord.*

*Graciously receive, O Lord, the offerings consecrated to Thee by the merits of blessed Margaret, Thy Virgin and Martyr, and grant that they may ever bring us help. Through our Lord.*

*It is truly meet and just, right and for our salvation, that we should at all times, and in all places, give thanks unto Thee, O holy Lord, Father almighty, everlasting God, through Christ our Lord. Through whom the Angels praise Thy majesty, the Dominations worship it, the Powers stand in awe. The heavens and the heavenly hosts together with the blessed Seraphim in triumphant chorus unite to celebrate it. Together with them we entreat Thee, that Thou mayest bid our voices also to be admitted, while we say in lowly praise:*

*Religion clean and undefiled before God and the Father, is this: to visit the fatherless and widows in their tribulation, and to keep one's self unspotted from this world.*

*O Lord, we who have been refreshed with the Bread of Angels, humbly beseech Thee, that even as we rejoice in keeping the yearly memorial of blessed Jerome, Thy Confessor, so we may also follow his example and be able to obtain a*